

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 4: De aliis virtutibus Caput 6: De passione domini (7)

Idem (Bernardus):

O domine Ihesu,

si ita dulce est flere pro te, quid erit gaudere de te?

O Domine,

si adeo sunt dulces istae lacrymae,

quae ex memoria et desiderio tui excitantur,

quam dulce erit gaudium, quod ex manifesta tui visione capietur?

Si adeo dulce est flere pro te, quam dulce erit gaudere de te?

Auctor incertus (Bernardus Claraevallensis/Guigo V. prior Carthusiae?), *Scala paradisi*, 6 (PL 40, col.1000-1001).